



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Matrimonium sine proprio paracho contractum est omnino irritum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

matr. ſeſſ. 24. Aliter autem quam parochus, vel alio ſacerdote de ipſius parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium contrahere⁴¹ attentantibus, ad contrahendum omnino inhabiles redduntur, contractusque ſunt irriti, & nulli, ut in dicto cap. §. qui aliter.

39 Verba enim præfata ¶ ſunt intelligenda etiam de parocho adhuc ad ſacerdotium non promotum, nempe, quia adhuc non fuerit elapſus annus, qui conceditur ſibi à jure ad faciendum ſe ad illud promoveri: juxta cap. licet, de elect. in 6. prout in dicta congregatione fuit reſolutum, & Clemens VIII. approbavit, ut ibidem ſuper eodem cap. 1. fuit deciſum in §. qui aliter. Neque pertinet ad ſubſtantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat; id eoque valet matrimonium, quamvis verba exprimentia conſenſum prolata ſint⁴² tantum à contrahentibus, dummodo parochus adhibitus à contrahentibus ſit præſens, & intelligat id, quod agitur, licet diſſentiat, & contradicat: nam præſentia parochi ſufficiat abſque ipſius parochi verbis: dicta congreg. ibidem ſuper eod. cap. non pertinet, & §. Provincia ritum. ideoque parochus eſt neceſſarius in celebratione matrimonij, ut licet denunciations fuerint factæ, ac ſecuta copula, nihilominus ma⁴³rimonium non tenet, ſi præſens non fuerit. Quod ſi contrahentes ſint diverſarum parochiarum, ſufficit, ut ſit parochus, ſive viri, ſive mulieris, ut ibidem ſuper eodem cap. 1. ſub titulo Civitatis Caſtelli, & Brundusini.

50 Contrahentes ¶ non præſente parocho, ſed ſolis teſtibus, ſunt graviter puniendi, & proles exinde ſuſcepta illegitima eſt, niſi

denuo legitimè contraxerint, ut in declara. ibid. ſub tit. Tergeſt. Aquilan. & Viſerbien. Contractum tamen etiam cum præſentia ¶ parochi, & teſtium matrimonium ab impuberibus, etiam ſervata hac forma, non valet, hac nempe ratione, quia, cum eſſent impuberes, licet ſervaverint formam hic præſcriptam, nihilominus matrimonium non tenuit, cum eſſent incapaces, & facti poſtea puberes tenebuntur iterum hanc formam ſervare, ut ibidem ſuper eo. c. 1. in declarat. ſub titulo Meliten. & §. matrimonium contractum.

Matrimonium autem, ſine proprio parocho ¶ contractum adeo eſt irritum, ut ſuſtineri non poſſit, concil. Tridenti. c. 1. §. qui aliter. & decretum irritans ibi appoſitum annullat illud ipſo jure, c. ſi eo tempore, de elect. in 6. cum alijs ſupra allegatis.

Neque ¶ tenet matrimonium contractum coram clerico deputato à parocho, ut tit. Venetiarum idem ſuper eod. cap. 1. eſt tamen validum illud matrimonium, quod celebratum fuit ab alio de conſenſu Epilcopi tamquam à proprio parocho, etiam quod Epilcopus crederet, eſſe vocatum proprium Parochum, ut ibidem ſub tit. Amerin. item, & de conſenſu vicarij, ut ibidem ſuper dicto cap. 1. ſub tit. Cremonen. & §. ſeu ordinarij, quemadmodum ¶ etiam valet contractum coram preſbytero, qui ſe parochum putabat ex cauſa vicinitatis, aut alia verifiſimili, etiam ſi non fuerint factæ denunciations in propria parochia, ut tit. Patavin. & contractum coram coadjutore, ſeu ſacerdote deputato à coadjutore Vicarij conſtitutj, ab eo, qui habet curam animarum, ut ibidem ſub tit. Dromoren. & §. vicarij etiam, & §. matrimonium